



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum  
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

**Laymann, Paul**

**Dilingae, 1698**

Capitulum XIII. Abolendæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62482)

Abolenda.

PARAPHRASIS.

Perversa est consuetudo, si sepultura tuo non permittatur, nisi certum pretium Ecclesie persolvatur.

Notandum, Terram Cœmeterij, seu sepulchris fidelium deputatam vendi, aut pro pretio dare, in sacris Canonibus tanquam Simoniacum, prohibetur, ut sumitur ex hoc c. & ex c. questi 12. & sequentibus causa 13. q. 2. De hac re plene dicatur in tit. de Simonia.

CAPITULUM ULTIMUM.

Parochiano.

PARAPHRASIS.

Parochianus, qui ob manifesta crimina, videlicet homicidium, incendium, violentam injectionem manuum in Clericos, vel incestum, excommunicatus fuit, in extremis positus à presbytero suscepta forma Ecclesie absolutus est in cœmeterio sepeliri, & aliorum Ecclesiarum cœmeteriorum particeps fieri debet, ut erò hæredes, ad quos bona ejus pervenerunt, per Ecclesiasticam censuram appellari debent, ut pro ipso satisfaciant.

SUMMARIUM.

1. *Mortuandis quomodo imponatur satisfactio?*
  2. *Quando, & quomodo à hæredibus erò obligatio satisfaciendi laxari?*
- Notandum primum, In mortuis cœculo constitutum presbyter ab omnibus peccatis, & annexis excommunicationibus, quamvis alioquin reservate sint, absolvi potest; debet tamen servare libertatem à SS. Canonibus præscriptam c. 1. & ex tenore 10. c. cum desideres 15. de sententia excommunicationis, videlicet ut imparet satisfactionem parti lætæ, & quod realis, si statim præstari possit; nisi mor-

vel celebrari permittant; certum autem sit, in violatis Ecclesijs licitum non esse divina officia peragere, sicuti docent omnes apud Sayrum in thesaurolib. 5. c. 16. n. 19.

Dicendum igitur, Ecclesias non esse violatas, ideòque reconciliatione non indigere, saltem solemniter; interim decens est, ut aqua lustrali, seu benedicta per presbyterum aliquem prius aspergantur Ecclesie, quam in ijs divina officia deinde peragantur, sicuti lib. 5. tra. 5. c. 5. n. 13. explicavi addendo 5.

Quamobrem necessarium etiam non est, ut excommunicatorum & hæreticorum corpora exhumentur, cum id facile, & sine perturbatione aliqua, plerumque fieri non possit. Quamobrem de V. sepultura n. 3. limitatè loquitur, si sint sepulci excommunicati denunciati, tunc exhumandos, & locum reconciliandum esse. Interim non nego, si aliquis, seu hæreticus, seu alius notorius peccator, contra sacros Canones in loco sacro sepultus esset, quin Episcopus in detestationem sceleris, & honorem loco sacro conservandum, jubere possit, & interdum debeat, ut exhumetur; nego autem, id universim esse necessarium, aut in præcepto, præsertim quoad eos, qui dudum sepulti, longo tempore in terra continebantur. Consultum tamen valde, ut omnes memoriae, & sepulchra externa, quæ honoris causa posita sunt, paulatim ex Ecclesia penitus tollantur.

3. *Afferunt secundum. Si excommunicatorum corpora discerni non possint, ideòque nec exhumari, quin simul etiam corpora fidelium eruantur, utraque intacta relinqui debent. Hinc bene infert Abb. n. 4. si non potest puniri malus, quin etiam innoxius affligatur, tolerandus potius est malus juxta L. absentem 5. ff. de pœnis, ubi dicitur, satius est, impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnari.*

\*\*